



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Succinctam Doctrinarum Asceticarum Svmمام Comprehendens - Quam
ad majorem omnium in Ascesi proficere cupientium utilitatem ac
subsidiū

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1685

§. 6. De Confirmatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](#)

quæ insitæ sunt, & cæteram habuerunt diligentiam
gricolum adhibitam, si nullum referant laboris vi-
titudinem, radicitus evulsa igni tradentur; tale quæ
in causa contingit baptismatis. Cùm Christus nos
stituerit, & irrigatione spirituali potiti fuerimus, si
inde fructum nullum afferamus, ignis nos expedit
gehennæ, & flamma inextinguibilis.

§. VI.

De Confirmatione.

I. Est unctio Chrismatis sub præscripta formæ
Verborum, in fronte baptizati ab Episcopo facta, quæ
ex institutione Christi, gratiæ & robur augmentum
cipit; de qua sequentia Ascetæ scienda sunt.

II. Primum est, ut bene cognoscat naturam
institutionem hujus Sacramenti, nempe quod finis
est à Christo institutum, ut Christianus non solum
regiæ & sacerdotalis dignitatis fiat consors, sed insig-
nitus etiam contra Diabolum, aliisque animæ hostes li-
tor, quemadmodum S. Augustinus loquitur.

III. Alterum est, ut ad illud maturè dignè
suscipiendum hortetur; cùm enim id contra gravissi-
mos lapsus confirmet ac protegat, quibus juvenilis æta-
gis, quam alia subjecta est, merito in hac erat
magis hoc remedium arripitur, quam in posteriori
ætatem differtur.

IV. Tertium est, ut ad dignè cooperandum huc
Sacramento, hortetur illis S. Pauli verbis: Labora-
cut bonus miles Christi; eumque in finem sibi gratia
Sacmentalem Confirmationis à Spiritu Sancto dñe
imagineatur, illaque olim ad Judam Machabæum dñe

ligenientia
laboris u
r; tale q
ristus nos
imus, fie
s expectan
verba repeti: Accipe Sanctum gladium, munus à DEO,
in quo deiijcies Adversarios Populi mei Israël.

§. VII.

De Confessione.

I. Est Sacramentum, in quo homini peccata sua legitimè confitenti & detestanti vera à Sacerdote absolutio, eorumque remissio conceditur; de qua sequentia Ascetæ specialiter sunt notanda.

II. Primum est, ut ante omnia Electionem legitimi Confessarij suadeat, ideoque illud Ecclesiastici monitum in memoriam revocet: Ne subiicias de omni homini pro peccato. Et illud Ludovici Regis Filio datum præceptum: Fac idoneus tibi sit Conscientiæ Arbitrus, cuius prudentiâ doctrinâque semper tutus sis. Quam in rei Joannes Avila, Confessarium, inquit, elige unum ex millibus, imò ut S. Franciscus Salesius ait, inter decem millia; dici enim non potest, (addit idem,) quanta sit ad excipendas confessiones idoneorum inopia; si ex his tribus, caritate scilicet, doctrinâ, & prudentiâ vel unicum in aliquo desideretur, est periculosæ plenum opus aleæ.

III. Alterum est, ut integritatem confessionis omni modo procuret, ideoque sedulò duos errores carveri faciat, scilicet Erubescitiam, quæ facit, ut peccata quoad substantiam non integrè aperiantur: & negligitiam, quæ facit, ut in genere duntaxat, & non quoad debitas circumstantias eadem peccata manifestentur. Et ad priorem quidem errorem cavendum proderit memorabilem S. Augustini sententiam proferre: O homo, quid times confiteri? illud, quod per confessio-

R 4

nem